Quelle: http://manuscripta.at/?ID=8999
Copyright: Melk, Benediktinerstift

fissimam in ecclesia protulit omeliam. cuius initium hoc est. Rursus herodias uesanit.
rursusque perturbatur. denuo saltat. denuo caput iohannis in comessorio concupiscit accipere. Quod
factum amplius ad iracundiam accendit augustam. Interea quidam homo comprehensus est qui uole
bat iohannem occidere. traditusque ad supplicium a prefecto. a iohanne ne puniretur ereptus est. Postea uero
et cum helpidio presbitero seruus cursu in episcopium ascendens. eum interimere nitebatur. Ex illo tempore
iohannem populus custodiebat. noctibus et diebus ad eius circumsedentes domum. Post hec in festo pas
che imperator mandauit iohanni. non se posse uenire ad ecclesiam. quod eum duo concilia condem
nassent. Uacabat ergo iohannes et nequaquam in ecclesiam descendebat. Mox ergo et omnes ab ec
clesia fugientes et recedentes. pascha quidem in thermis que constantiane uocantur celebrauerunt.
Cumque plurimi episcoporum presbiterorum et sic ordinis clericorum commorarentur. collectiones seorsum per loca
diuersa celebrantes. unde et iohannite uocati sunt. Porro iohannes duobus mensibus nunquam pro
cessit. donec princeps eum duci iuberet exilio. Et ille quidem tacitus ab ecclesia ducebatur. quidam uero
iohannitarum ea die ecclesiam incenderunt. Qua ardente. flans uentus et basilicam senatus partim
apprehendit. Factum est xx. die ianuarii mensis. consulatu honorii sexto et aristeni.
Ob quam rem optatus prefectus urbis cum esset paganus. odio christianorum plurimos iohannitarum diuer
sis generibus laniauit. Iohannes ergo non solum ciuitate pulsus est. sed et cum in paruula ciui
tate atque deserta armenie cucuso destinatur. Inde rursus ad petunte. ubi fines sunt po
nti inpiique romani. Que loca crudelibus barbaris al Inter hec innocentius romanus an
tistes audiens de iohanne et moleste ferens. uolensque generale celebrari concilium. scrip
sit iohanni et clero constantinopoleos. quod non oporteret iohanni successorem dari. nec eius
clerum alio parere pontifici. quas prius tamen ... non transtuli. Dum enim iohannem cum exilio
duceretur. per uisionem agnouisse diem qua moriturus esset. ostensum sibi a basilisco martyre in comanis.
Ubi cum iam esset itinere fatigatus. dolorem capitis non ferens. et ardorem solis uitam languo
re finiuit. quintadecima die septembris mensis. consulatu honorii septimo et theodosii secundo.

Huius ergo iniusticie causa abhominantes pontifices europe precipue. ab eorum namque
se suspendere communione. parati omnes illirici eius partis sunt effecti. Orien
tales autem plurimi quidam iniusticiam declinauerunt. corpus tamen ecclesie diuidere noluerunt.
Uerum moriente illo omnium doctore. tamen non prius orientales episcopi egyptiorum et
orientalium bossoforensium atque tracensium amplexi sunt communionem. quam illi sacra
tissimi uiri nomen inter precessores episcopos poneretur. Et arsacium quidem qui prius illi ordinatus est.
nullo habuerunt sermone dignum. atticum uero arsacii successorem legationem mittentem cre
bro. et pacis pignora proferentem. dipticis sacro iohannis nomine. prius ea susceperunt. amen.

al sunt uicina. sed clemens dominus non permisit uictorem athletam per loca talia diu morari.